# FR. ANTONIUS LIGI-BUSSI URBINAS

ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA
**ARCHIEPISCOPUS ICONIENSIS**
ABBAS COMMENDATARIUS S. LAURENTII EXTRA MOENIA
**SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI**
**PRAELATUS DOMESTICUS PONTIFICIO SOLIO ADSISTENS**
ALMAEQUE URBIS VICESGERENS

Universis, et singulis praesentes literas inspecturis fidem facimus, atque testamur, quod Nos, ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, suorumque Sanctorum venerationem recognovimus sacras particulas ex Velo, ex Tela rubigine conspersa, et ex Ossibus S. Petri Principis Apostolorum, ex Velo, ex Columna decollationis, et ex Ossibus S. Pauli Apostoli

quas ex authenticis locis extractas, reverenter collocavimus in theca ex orichalco argentato ovalis formae unica crystallo munita, bene clausa, et funiculo serico coloris rubri colligata, ac sigillo nostro signata, easque consignavimus cum facultate apud se retinendi, aliis donandi, extra Urbem transmittendi, et in quacumque Ecclesia, Oratorio, aut Cappella publicae Christifidelium venerationi exponendi. In quorum fidem has litteras testimoniales manu nostra subscriptas, nostroque sigillo firmatas per infrascriptum nostrum Secretarium expediri mandavimus.

Romae ex Aedibus nostris Die 21. Mensis Septembris Anni MDCCCLVI.

Fr. A. Archiep. Iconien. Vicesg.

GRATIS

Joseph Gaggi a Secretis

2186.